



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 30. Epocha opinionum Antitrinitariis familiarium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

cum autem post crebras ejusmodi curfi-  
tationes Basileam in Helvetia nonnisi  
Anno Christi millesimo quingentesimo  
septuagesimo quarto pervenerit, hinc  
ab eodem anno hujus Viri historiam  
prosequamur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1566.

§. XXX.

*Epocha opinionum Antitrinitariis  
familiarium.*

Juxta Lælii, & Fausti Socini principia  
Schomanus Arianismum tradere cæ-  
perat, affirmabat enim, quod Dei Fi-  
lius nec secunda in Trinitate Persona,  
nec cum Patre idem in essentia esset:  
quinimo nequidem contentus, ut Pa-  
trem æternum Filio majorem constitue-  
ret, atque istius consubstantialitatem,  
æternitatem, & personalitatem reali-  
ter a Patris personalitate distinctam ne-  
garet, insuper audacter assererat, quod  
Christus Dominus non sit Deus, sed  
homo sicut ceteri, re ipsa a Virgine ex  
operatione, & virtute Spiritus sancti  
natus. Hanc impietatem præ ceteris  
primus in Polonia propugnabat quidam  
nomine Lucsternbergus, cujus systema  
plures, cum illud penitus inspicere ge-  
stirent, adoptabant, ac inde Socinia-  
nismo initium dabant, quamvis autem  
Pinczovienses haud amplius comitiis,  
ut ibidem disputarent, interessent, ni-  
hilo-

**Sæcul. XVI.** hilominus semper suos conventus, &  
**A.C. 1566.** Synodos agere pergebant, in quibus lu-  
 culenta suæ malitiæ specimina edide-  
 runt, cum autem ibidem Farnovius pro-  
 pugnasset, quod Verbum extitisset mun-  
 di principium, mox Pinczovienses in  
 hoc dogma vehementer infurgebant, vi-  
 vissim vero alius Sacramentariorum se-  
 ctæ addictissimus illos acriter objurga-  
 bat, eosque tanquam Arianos traduce-  
 bat: denique post crebras verborum  
 contentiones, ac mutua convitia, qui-  
 bus communi causæ nil fuerat consul-  
 tum, indignabundi suum conventum sol-  
 verunt, aliamque Synodum ad diem vi-  
 gesimam quartam Junii Anni post Chri-  
 stum natum millesimi quingentesimi se-  
 xagesimi septimi Seriviæ celebrandam  
 indixere.

## §. XXXI.

*Joannis Pauli Alciati obitus.*

**Sand. Bibl.** Referunt nonnulli, hoc item anno,  
**Antit p. 17.** aut forte certius anno priori Joan-  
**Hist. ref. Pol.** nem Paulum Alciatum inter Antitrini-  
**p. 107.** tarios celeberrimum hujus sectæ fau-  
 torem obiisse. Hic erat Nobilis Medio-  
 lanensis primo profanæ militiæ adscri-  
 ptus, qui etiam anno millesimo quin-  
 gentesimo quadragesimo sexto Vicenti-  
 nis congressibus intereat, ac cum ceteris  
 sese Reipublicæ Venetæ inquisitioni op-  
 por-